



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Divi Thomae Aqvinatis Doctoris Angelici Opera Omnia

Summa diligentia ad exemplar Romanæ Impreßionis restituta

Secunda secundae Summa Theologiae

Thomas <von Aquin, Heiliger>

Venetiis, 1593

5 Vtrum conuenienter addatur ex tota emnte.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72772](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-72772)

Non efficiamur inanis gloriae cupidi, inuicem pro- uocantes, inuicem iniudentes. Contra discordiam uerò 1. ad Corinth. 1. id ipsum dicat is omnes, & non sint in uobis schismata. Contra scandalum autem ad Roma. 14. Ne ponatis offendiculum fratri, uel scandalum.

F diligere. Vno quidem modo in actu, id est, ut totum cor hominis semper actualiter in Deum feratur: & ista est perfectio patriæ. Alio modo, ut habitualiter totum cor hominis in Deum feratur, ita scilicet, quod nihil contra Dei dilectionem cor hominis recipiat, hæc est perfectio uic, cui non contrariatur peccatum ueniale, quia non tollit habitum charitatis, cui non tædat in oppositum obiectum, sed solû impedit charitatis usum.

ARTICVLVS IIII.

Utrum conuenienter mandetur, quod Deus diligatur ex toto corde.

IN artic. 4. omittis nota, qd actu uirtutis inuenimus tria, scilicet, substantiam actus, modum eius intrinsecum, & modum extrinsecum exempli gratia. In actu quo honoratur pater, est primo substantia actus, qui est ipsi honoratio, seu subuentio. Est secundo quantitas actus scilicet tanta, uel proportionalis subuentio scilicet ut decet filium sic constitutum respectu patris in tali articulo: & hoc, & similia uocantur modus intrinsecus. Est tertio ordo illius actus ad alterum finem, puta, ex charitate, seu propter Deum honorare patrem: & huiusmodi relationes uocantur modus extrinsecus. Et ratio est, qd circumstantie illæ apponuntur actui ex extranea uirtute: illæ autem ab illa uirtute, cui est proprius actus. Et propterea circumstantie illæ, que non extrahunt actum a propria uirtute, ad modum intrinsecum spectant. Circumstantie autem, que ad alteram trahunt uirtutem ad extrinsecum modum spectant.

AD QVARTVM sic proceditur. Vt, qd inconuenienter mandetur, quod Deus diligatur ex toto corde. Modus enim uirtuosi actus non est in præcepto, ut ex supra dictis patet: sed hoc quod dicitur: Ex toto corde, importat modum diuinæ dilectionis. ergo inconuenienter præcipitur, qd Deus ex toto corde diligatur.

¶ 2 Præ. Totum, & perfectum est, cui nihil deest, ut dicitur in 3. * Physi. Si ergo in præcepto cadit, quod Deus ex toto corde diligatur, quicumque facit aliquid, qd non pertinet ad Dei dilectionem, agit contra præceptum, & per consequens peccat mortaliter: sed peccatum ueniale non pertinet ad Dei dilectionem, ergo peccatum ueniale erit mortale, quod est inconueniens.

¶ 3 Præ. Diligere Deum ex toto corde, est perfectio, quia secundum Philo. totum & perfectum idem sunt: sed ea qd sunt perfectionis, non cadit sub præcepto, sed sub consilio, ergo non debet præcipi, qd Deus ex toto corde diligatur.

SED CONTRA est, quod dicitur Deut. 6. Diliges dominum Deum tuum ex toto corde tuo.

RESPON. Dicendum, qd præcepta dantur de actibus uirtutis, hoc modo aliquis actus cadit sub præcepto, secundum quod est actus uirtutis. Requiritur autem ad actum uirtutis non solum qd cadat sub debita materia, sed etiam quod uestiatur debitis circumstantiis, quibus sit proportionatus tali materia. Deus autem est diligendus sicut finis ultimus, ad quem omnia sunt referenda. Et ideo totalitas quedam fuit designanda circa præceptum de dilectione Dei.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod a sub præcepto, quod datur de actu alicuius uirtutis, non cadit modus, quem hêt ille actus ex alia superiori uirtute; cadit tamê sub præcepto modus ille, qui pertinet ad rationem propriae uirtutis, & talis modus significatur, cum dicitur, Ex toto corde.

AD II. dicendum, quod dupliciter contingit ex toto corde Deum diligere. Vno modo, ut totum cor hominis semper actualiter in Deum feratur: & ista est perfectio patriæ. Alio modo, ut habitualiter totum cor hominis in Deum feratur, ita scilicet, quod nihil contra Dei dilectionem cor hominis recipiat, hæc est perfectio uic, cui non contrariatur peccatum ueniale, quia non tollit habitum charitatis, cui non tædat in oppositum obiectum, sed solû impedit charitatis usum.

AD TERTIVM Dicendum, qd ordinantur consilia, ad quam duas perfectiones prædictas, ut scilicet, homo quantum possibile est, se abstrahat a rebus temporalibus etiam licitis, quæ occupatio animum, impediunt actualem motum cordis in Deum.

ARTICVLVS V.

Utrum super hoc, Diliges dominum Deum tuum ex toto corde tuo, conuenienter addatur, Et ex tota anima tua, & ex tota fortitudine tua.

AD QVINTVM sic proceditur. Videtur, qd inconuenienter Deut. 6. super hoc qd dicit, Diliges dñm Deum tuum ex toto corde tuo, addatur, Et ex tota anima tua, & ex tota fortitudine tua. Non enim accipitur hic cor pro membro corporali, qd diligere Deum non est corporis actus. oportet ergo qd cor accipitur spiritualiter: cor autem spiritualiter acceptum uel est ipsa anima, uel aliquid anime. superfluum ergo fuit utrumque ponere. **¶ 2** Præ. Fortitudo hominis præcipue dependet ex corde siue spiritualiter hoc accipitur, siue corporaliter: ergo postquam dicitur, Diliges dñm ex toto corde tuo, superfluum est tota fortitudine tua.

¶ 3 Præ. Matth. 22. dicitur, In testa mentis hic non ponitur: ergo uidetur quod hoc præceptum datur, Deut. 6.

SED CONTRA est auctoritas scripturæ, sicut dicitur est, Deut. 6. ponuntur tria: scilicet, ex toto corde, & ex tota anima, & ex tota fortitudine tua. Et in testa mentis, sed additur. In tota mente, sed ex tota mente, & ex tota uirtute, que est in corde, & ex tota uirtute, que est in fortitudine, seu uirtutis, ponuntur tribus tuis: & ideo horum quatuor est addendum, quod dicitur, Et ex tota anima tua, & ex tota fortitudine tua, est, quia unum intelligitur ex aliis. Et hoc dicitur, quod dicitur, Et ex tota anima tua, & ex tota fortitudine tua, hic significatur per cor. Nam dicitur

infra art. 9. & locis ibi de uocatis. * ar. 1. huius quest. ad 1. argu. Et 1. 2. q. 100. ar. 9. lib. 3. text. q. 3. tom. 2. li. 3. Physi. text. q. 3. tom. 2. d. 1047.

principium omnium corporalium motuum: ita est a voluntas, & maxime quantum ad intentionem finis ultimi, qui est obiectum charitatis, est principium omnium spiritualium motuum. Tria autem sunt principia actuum, quae mouentur a voluntate, scilicet intellectus, qui significatur per mentem: vis appetitiua inferior, quae significatur per animam: & vis executiua exterior, quae significatur per fortitudinem, seu uirtutem, siue uires. Praecipitur ergo nobis, ut tota nostra intentio feratur in Deum, quod est ex toto corde: & quod intellectus noster subdatur Deo, quod est ex tota mente: & quod appetitus noster reguletur secundum Deum, quod est ex tota anima: & quod exterior actus noster obediat Deo, quod est ex tota fortitudine, uel uirtute, uel uiribus. Deū diligere. Chrysolomus tamen super * Matth. accipit e contrario cor, & animam, quam dictum sit. Aug. uero in 1. de doctr. christi. refert cor ad cogitationes, & animam ad uitam, mentem ad intellectum. Quidam autem dicit, ex toto corde, id est, intellectu: Anima, id est, uoluntate. Mente, id est, memoria. Vel secundum Greg. Nyzenum, per cor, significat animam uegetabilem: per animam, sensitiuam: per mentem, intellectuam: quia quod nutrimur, sentimus, & intelligimus, debemus ad Deum referre. Et per haec patet responsio ad obiecta.

ARTICVLVS VI.

Utrum hoc praecipuum de dilectione Dei possit in uia impleri.

AD SEXTVM sic proceditur. Videtur, quod hoc praecipuum de dilectione Dei possit seruari in uia. Quia secundum * Hierony. in expositione catholice fidei, Maledictus qui dicit Deum aliquid impossibile praecipisse. sed Deus hoc praecipuum dedit, ut patet Deut. 6. ergo hoc praecipuum potest in uia impleri. **R**espon. Quicumque non implet praecipuum, peccat mortaliter: quia secundum * Ambros. peccatum nihil est aliud, quam transgressio legis diuinae, & caelestium inuoluentia mandatorum. si ergo hoc praecipuum non potest in uia seruari, sequitur quod nullus possit esse in uita ista sine peccato mortali: quod est contra id, quod Apost. dicit 1. ad Cor. 1. Confirmabit uos uisus in finem sine crimine. Et 1. ad Tim. 3. Ministris, nullum crimen habentes.

Respon. Praecepta dantur ad dirigendos homines in uiam salutis, secundum illud Psal. 18. Praecipuum Domini lucidum illuminans oculos: sed frustra diriguntur aliquid ad impossibile. non ergo impossibile est hoc praecipuum in uita ista seruari.

SED CONTRA est, quod * Aug. dicit in libro de perfectione iustitiae, quod in plenitudine charitatis patriae praecipuum illud implebitur. Diliges dominum Deum tuum &c. Nam cum adhuc est carnalis concupiscentia, quod continendo frangitur, non omnino ex tota anima diligitur Deus.

Respon. Dicendum, quod praecipuum aliquod dupliciter potest impleri. Uno modo perfecte: alio modo imperfecte. Perfecte quidem impletur praecipuum, quando peruenitur ad finem, quem intendit praecipiens: impletur autem, sed imperfecte, quando et si non pertingat ad finem praecipientis, non tamen receditur ab ordine ad finem. Sicut si dux exercitus praecipiat militibus ut pugnent, ille perfecte implet praecipuum, qui pugnando hostem uincit, quod dux intendit. Ille autem implet, sed imperfecte, cuius pugna ad uictoria non pertingit, non tamen contra disciplinam sui

Alitarē agit. Intendit autem Deus per hoc praecipuum, ut homo sibi totaliter uniat: quod fiet in patria, quoniam Deus erit omnia in omnibus, ut dicitur 1. ad Cor. 15. Et ideo plene, & perfecte in patria implebitur hoc praecipuum: in uia autem impletur, sed imperfecte. Et tamen in uia tantum unus alio perfectus implet, quoniam magis accedit per quandam similitudinem ad patriae perfectionem.

AD PRIMUM ergo dicendum, quod illa probat, quod aliquo modo potest impleri in uia, licet non perfecte.

AD SECUNDVM dicendum, quod sicut miles, qui legitime pugnat, licet non uincat, non inculpatur, nec penam meretur: ita etiam qui in uia hoc praecipuum non implet, nihil contra diuinam dilectionem agens, non peccat mortaliter.

AD TERTIVM dicendum, quod sicut Aug. dicit in libro de perfectione iustitiae. Cur non praecipitur homini ista perfectio, quam uis eam in hac uita nemo habeat? Non. n. recte curritur, si quod eundem est, neciatur. Quia autem sciretur, si nullis praecipis ostenderetur?

In respō. ra. tiocinat. 16. tom. 7.

ARTICVLVS VII.

Utrum conuenienter detur praecipuum de dilectione proximi.

AD SEPTIMVM sic proceditur. Vbi, quod inconuenienter detur praecipuum de dilectione proximi. Dilectio enim charitatis ad omnes homines extenditur, & ad inimicos, ut patet Matth. 5. sed nomen proximi importat quaedam propinquitatem, quae non uis haberi ad omnes homines. ergo videtur quod inconuenienter detur hoc praecipuum.

Quod 4. art. 24. ad 1. Et Ro. 13. i. c. 1. & Gal. 5. i. c. 1. & Paul. 2. c. 14. Cap. 8. nom. multū a pri. tom. 5.

Respon. 2. Praeceptum secundum Philosophum in 9. Ethic. Amicabilia, quae sunt ad alterum, uenerunt ex amicabilibus, quae sunt ad seipsum: ex quo uidetur quod dilectio sui ipsius sit principium dilectionis proximi. sed principium potius est eo, quod est ex principio. ergo non debet homo diligere proximum sicut seipsum.

Respon. 3. Praeceptum homo seipsum diligit naturaliter, non autem proximum. Inconuenienter ergo mandatur, quod homo diligat proximum sicut seipsum.

SED CONTRA est, quod dicitur Mat. 22. Secundum praecipuum est simile huic. Diliges proximum tuum sicut teipsum.

Respon. Dicendum, quod hoc praecipuum conuenienter traditur. Tangitur enim in eo & diligendi ratio, & dilectionis modus. Ratio quidem diligendi tangitur ex eo, quod proximus nominatur. Propter hoc enim ex charitate diligere debemus alios, quis sunt nobis proximi & secundum naturalem Dei imaginem, & secundum capacitatem gloriae. Nec refert utrum dicatur proximus, uel frater, ut habetur 1. Io. 4. uel amicus, ut habetur Leuitic. 19. quia per omnia haec eadem affinitas designatur. Modus autem dilectionis tangitur, cum dicitur, Sicut teipsum: quod non est intelligendum quantum ad hoc, quod aliquis proximum sibi aequaliter diligit, sed similiter sibi. & hoc tripliciter. Primo quidem ex parte finis, ut si aliquis diligit proximum propter Deum, sicut seipsum propter Deum debet diligere, ut sic sit dilectio proximi sancta. Secundo, ex parte regulae dilectionis, ut si aliquis non condescendat proximo in aliquo malo, sed solum in bonis: sicut & suae uoluntati satisfacere debet homo solum in bonis, ut sic sit dilectio proximi iusta. Tertio, ex parte rationis dilectionis, ut si non diligit aliquis proximum propter propriam utilitatem, uel delectationem: sed ea ratione, quod uelit proximo bonum, sicut uult bonum sibi ipsi, ut sic dilectio proximi sit uera. Nam cum quis diligit proximum propter suam utilitatem, uel delectationem, non uere diligit proximum, sed seipsum. Et per hoc patet responsio ad obiecta.

¶ Super